

www.e-rara.ch

**Plotini Platoniorum facile coryphæi Operum Philosophicorum Omnium Libri
LIV. In Sex Enneades Distributi**

**Plotinus
Poliziano, Angelo
Dazzi, Andrea
Porphyrius**

Basileæ, MDXXC. [1580]

Universitätsbibliothek Bern

Shelf Mark: MUE Gross O 44

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-74031>

Plotini ennead. primæ liber V. Utrum beatitudo tempore suscipiat incrementum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ΠΛΟΤΙΝΟΥ

ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α

ΛΟΓΟΣ Ε.

PLOTINI

ENNEAD. PRIMAE

LIBER V.

ΠΕΡΙ τῷ εἰς δαμονεῖν ἰπιδῶσιν χρόνῳ λαμβάνει.

Vtrum beatitudo tempore suscipiat incrementum.



Ἰ' τὸ δαμονεῖν ἰπιδῶσιν
τῷ χρόνῳ λαμβάνει, ὥς δα-
μονεῖν αἰεὶ κατὰ τὸ εἶ-
δος λαμβανομένης; ἔσθ' ἢ
ἡ μνήμη τοῦ δαμονήσαν-
τος αὐτῷ ἔσθ' ἢ τῷ λέγειν.

ἀλλ' εἰ τῷ ἀκείῳ πῶς τὸ δαμονεῖν. ἢ ὅ-
τι διάθεσις εἰς τὴν παρῆναι, καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς ζωῆς.

Εἰ δ' ὅτι ἐφ' ἑαυτῷ αἰεὶ ὥς ζῆν καὶ τοῦ ἐνε-
ργεῖν, τὸ τυγχάνειν ἑαυτοῦ δαμονεῖν λέγει
μᾶλλον πρῶτον μὲν οὕτω καὶ ἡ αὐτοῦ δα-
μονία μείζων ἔσται, καὶ ἡ ἐξῆς αἰεὶ τῆς προτέρας.

καὶ οὐκ ἐπὶ μετῇ, ὅτι τῇ τῷ δαμονεῖν τῇ α-
ρετῇ, ἔπειτα καὶ οἱ θεοὶ νῦν μᾶλλον * δαμο-
νεῖν ἢ πρὶν, καὶ ἔτι πλεονέκτητον, οὐδ' ἐπο-

τε πλεονέκτητον, ἔπειτα καὶ ἡ ἀρετὴ λαβῆσαι τὴν * πῦ-
ξιν, τὸ παρὸν εἰληφέν, καὶ αἰεὶ τὸ παρὸν, καὶ ζητεῖ

τὸ ἔως αὐτῇ, τὸ δαμονεῖν ἔχειν. ἢ ὅτι ἐφ' ἑαυτῷ
ζῆν τὸ εἶναι ζητοῦσα, τοῦ παρόντος αὐτῇ, εἰ τὸ εἶ-
ναι εἰς τὸ παρὸν, εἰ δὲ τὸ μέλλον καὶ τὸ ἐφεξῆς

θέλει, ὅ ἐστι, θέλει καὶ ὅ ἐστιν, ἔχ' ὃ παρεληλυ-
θεν, ὅ δ' ὅτι μέλλει, ἀλλ' ὃ ἡδὴ ἐστὶ, τοῦτο εἶναι; ἔ-
στι τὸ εἶναι ζητοῦσα, ἀλλὰ τὸ παρὸν ἡδὴ, εἶναι

ἡδὴ.

Τί οὖν τὸ πλεονέκτητον χρόνον δαμονή-
σαι, καὶ πλεονέκτητον χρόνον εἶδε τοῖς ὁμμασι τὸ αὐ-
τό; εἰ μὲν γὰρ εἰς τὸ πλεονέκτητον τὸ ἀκριβέστερον εἶ-
δε, πλεονέκτητον ὁ χρόνος αὐτῷ εἰργάσεται. εἰ ὅ-
μοιως διὰ παντός εἶδε τὸ ἴσον, καὶ ὁ ἀπαξ ἡα-
σάμενος ἔχει.

ΑΛΛΑ πλεονέκτητος ἡδὴ χρόνον. ἀλλὰ
τοῦτο οὐκ ἀνὸρθως ἔχει, ἀλλὰ μετὰ τὸ δα-
μονεῖν. εἰ δὲ τὴν ἡδονὴν λέγει, τὴν ἐνέργειαν

τὴν αἰετοπόδισον, τὸ αὐτὸ τῷ ζητοῦμένῳ λέγει.

καὶ ἡ ἡδονὴ δὲ * ἡ πλεονέκτητος, αἰεὶ τὸ παρὸν μό-
νον ἔχει. τὸ δὲ παρεληλυθὸς αὐτῆς οἴχεται.

Τί ἔν ἐστι μὲν, ἐξ ἧς δαμονήσεν εἰς τέλος,

ἡ πλεονέκτητος.

Τί ἔν ἐστι μὲν, ἐξ ἧς δαμονήσεν εἰς τέλος,

ἡ πλεονέκτητος.



V ERENDVM est, nū. *Questio 1.*

quid felicitas tēpore susci-
piat incrementū, cūm bea-
tum esse semper secundūm
præsens accipiat. Profe-
ctō neque felicitatis prae-
ritæ recordatio momenti
quicquā habet: neq; in dicēdo, sed in affectione
quadā beatitudo consistit. Affectio verō in qua-
litate præsenti posita est, actio quoque vitæ.

A T si quis ex eo quōd vivere, atque agere *Questio 2.*

semper appetimus, id assequi felicitatem po-
tius esse dicat, sic est respondendum. Primō
quidem, si ita sit, felicitas crastina maior erit, &
quæ deinceps, semper antecedente maior: ne-
que felicitatem virtus ipsa ulterius metietur.
deinde dii quoque feliciores nunc erunt quā
consequerentur: neque dum perfecta felicitas es-
rit, neq; esse perfecta, poterit vnquā. Præterea
appetitus voto potius præsens aliquid est ade-
ptus, semperque ad ipsum præsens annititur:

& quandiu est, ita semper esse in felicitate re-
quirit. Appetitio verō viuendi esse perquirens,
præsens quiddam proculdubio quærit: siqui-
dem esse in præsenti est oppositum. Quōd si fu-
turū, & quod deinceps sequitur appetat, quod
habet iam, quōdve est, desiderat: non quod
præterit, neque quod est futurum, imō quod
iam est, id existere: non sempiternam protrā-
ctionem, siue profectionem quærens, sed quod
iam præsens adest, id adesse.

Q V I D ergo de illo dicemus, qui pluris *Questio 3.*

tempus vixit felix? idemque spectaculū
diutissimē est intuitus? Profectō si longio-
ri in tempore perspicacius vidit, plus aliquid
ipsi longitudo temporis attulit: sin autem vnus-
uerso in tēpore vidit similiter, certē nihil pro-
ficat, & qui semel est intuitus, æquē reportat.

A T dixerit quispiā, alterū esse diutius oble *Questio 4.*

statū, sed hoc in felicitate cōnumerare nō licet:
nisi fortē quis voluptate nomet actionē in-
telligētiae expeditam. Hic. n. idē quo nos que-
rimus, dixerit. Proinde voluptas longior sem-
per præsens habet solum: quod autē ex ea præ-
teritum dicitur, iam prorsus euahuit.

C A E T E R V M quidnam dicemus si alius quidem ab initio ad finem vsque beatē vixit:

alius autem in posterum tantum: alius denique olim felix, iam felix esse desierit: Nunquid pariter esse felices? Profecto huiusmodi comparatio non inter eos qui omnes felices sint, efficitur. Sed in ipsa quidem non felices, scilicet quando non sunt felices, cum felici aliquo conferuntur. Siquid ergo plus possidet, id certe possidet, quantum felix aduersus homines non felices: cui quidem id contigit, ut praesenti quodam alios superaret.

Quaestio 6.

Q V I D ergo? Miser nonne longiore tempore sit miserior? Et alia quocumque molesta, nonne tempore longiore maiorem afferunt calamitatem: velut angustiae, molestiaeque diuturnae, ac caetera generis eiusdem? Quod si haec ita tempore malum augent, cur non & opposita augent quoque felicitatem? Fortè verò circa molestias & angustias licet dicere, augmentum tempore fieri: ut in morbis. morbus enim efficitur habitus: corpusque ipsum tempore magis inficitur. alioquin si maneret idem, neque maius accideret detrimentum, hic quoque praesens ipsum semper esset, quod molestum, nisi quis praeteritum annumerarit: respiciens videlicet in id quod actum est, atque quod manet: adeo ut in habitu quoque miseri malum in tempus productius augeatur, adaucta videlicet prauitate in eo quod permanet, quatenus permanet. Quapropter miseria maior non productiore tempore, imò verò maioris gradus adiunctione prouenire videtur. Plus autem ipsum simul forsitan non existit: neque omnino plus est dicendum, dum quod non est, ei quod est, simul annumeratur. Ipsa verò felicitatis natura certum quendam semperque eundem possidet terminum. Iam verò si & hic ex ipsa temporis longitudine profectus adueniat, adeo ut virtute proficiendo, felicitate quoque proficiatur, non diuturnam quasi multos per annos di numerates probamus felicitatem, imò eam quae magis tunc facta dicitur, quando magis existit.

Quaestio 7.

C A E T E R V M cur nam, si praesens solum spectare oportet, neque connumerare, peractò non in tempore quoque idem faciamus, sed praeteritum praesenti connumerantes, plus temporis spatium appellamus? Cur non igitur, quantum tempus est, tantam quoque esse dicimus felicitatem? Fortè enim secundum temporis ipsius diuisiones beatitudinem paritari licet. Nam si solo praesenti metiamur, indiuuam faciemus. Forsan verò haud absurdum fuerit numerare tempus etiam nondum existens. Quippe cum eorum etiam quae praeterierit, neque sunt amplius, numerum computamus, ceu numerum defunctorum. Felicitatem verò iam praeteritam nec amplius existentem, si quis velut praesentem praesenti plurem dixerit, aberrabit: beatitudinem namque contigit se censeret. Tempus autem longius ultra praesens nihil aliud, quam nondum esse dicendum est. Omnino autem temporis interuallum productum longius dispersionem alicuius vnius, quod in praesenti est, quodammodo machinatur. Quapropter rectè dicitur aeternitatis imago, dispersione sua id quod in aeternitate permanens est, disperdere cupiens. Ideoque si ab aeternitate permanens ipsum tollatur, fiatque temporis, protinus euanesceat, eatenus videlicet

ο δὲ τὸν ὑστερον χρόνον, ο δὲ πρότερον δὲ δαιμονήσας μετέβαλεν, ἔχσσι τὸ ἴσον; ἢ ἐν ταῦτα ἢ πρὸς αὐτὴν οὐκ ὁ δὲ δαιμονεύων γεγρήται πάντων, ἀλλὰ μὴ δὲ δαιμονοῦντων, ὅτε μὴ δὲ δαιμονοῦν, πρὸς δὲ δαιμονοῦντα. αἱ τοὶ οὖν πλεῖον ἔχσσι, τοῦτο ἔχει ὅσον ὁ δὲ δαίμων πρὸς αὐτὸν δὲ δαίμονας, ὃ καὶ συμβαίνει πλεονεκτεῖν αὐτοῦς τῷ παρόντι.

Τί ἐν ὁ κακοδαίμων, καὶ μᾶλλον κακοδαίμων τῷ πλείοντι; καὶ τὰ ἄλλα ὅσα δυσχερῆ, καὶ ἐν τῷ πλείοντι χρόνῳ πλείω τὴν συμφορὰν δίδωσιν, οἷον ὁδυναὶ πολυχρόνιοι, καὶ λύπαι, καὶ πάντα, τὰ ἰσχυρὰ τῷ πνεύματι; ἀλλὰ εἰ ταῦτα ἔστω τῷ χρόνῳ τὸ κακὸν ἐπαύξει, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντία, καὶ τὸ δὲ δαιμονεῖν ὡσαύτως; ἢ ὅτι μὲν τῶν λύπων καὶ ὁδυνῶν ἔχσσι αἰς λέγειν, ὡς πρὸς αὐτὸν ὁ χρόνος δίδωσιν, οἷον τὸ ὅτι μὲν τὴν νόσον, ἐξ ἧς γινέται, καὶ κακῆται μᾶλλον τῷ χρόνῳ τὸ σῶμα, ἐπεὶ εἴη τὸ αὐτὸ μένοι, καὶ μὴ μείζων ἡ βλάβη, καὶ ἐν ταῦτα τὸ παρὸν αἰεὶ, τὸ λυπηρὸν ἔσται: εἰ μὴ τὸ παρελῆτος πρὸς αὐτὸν αἰεὶ, ἀφορῶν εἰς τὸ γινόμενον καὶ μένον, ὅτι τε τῆς κακοδαίμονος ἔξεως, τὸ κακὸν εἰς τὸν πλείονα χρόνον ὅτι πίνεσθαι, αἰσθημένης καὶ τῆς κακίας τῷ ἐμμόνῳ. τῇ γοῦν πρὸς αὐτὸν τῷ μᾶλλον ἐν τῷ πλείοντι ἴσως, τὸ μᾶλλον κακοδαίμονε γίνεσθαι. τὸ δὲ πλείον ἴσον ἔχει ἅμα ἐστίν, ὅτε δὲ πλείον ὅλως λεκτέον τὸ μηκέτι ὄν τῷ ὄντι συναριθμῶντα. τὸ ὅτι τῆς δὲ δαιμονίας, ὅρον τε καὶ πέρας ἔχει, καὶ ταῦτα αἰεὶ. εἰ δὲ ἡ καὶ ἐν ταῦτα ὅτι δόσις πρὸς τὸν πλείονα χρόνον, ὡς μᾶλλον δὲ δαιμονεῖν εἰς δὲ τὴν δὲ δαιμονίαν μείζονα, καὶ τὴν πολυετή δὲ δαιμονίαν δὲ δαιμονίαν ἐπαινεῖ, ἀλλὰ τὴν μᾶλλον γινόμενον τότε, ὅτε μᾶλλον ἐστίν.

Α Λ Λ Α' διατί, εἰ τὸ παρὸν θεωρεῖν δεῖ μόνον, καὶ μὴ συναριθμεῖν τῷ γενομένῳ, οὐκ ὅτι τὸν χρόνον τὸ αὐτὸ ποιεῖμεν, ἀλλὰ καὶ τὸ παρελῆτος τῷ παρόντι συναριθμῶντες, πλείω λέγομεν; ἀλλὰ τί οὖν ἔχει ὅσον ὁ χρόνος, τοσαύτην καὶ τὴν δὲ δαιμονίαν ἐρῶμεν; καὶ διαρροῖμεν αἰς κατὰ τὰς τοῦ χρόνου διαρροῦς καὶ τὴν δὲ δαιμονίαν. καὶ γὰρ αὐτὸ

τῷ παρόντι μετροῦντες, ἀδιαίρετον αὐτὴν ποιήσωμεν. ἢ τὸν μὲν χρόνον δὲ δαιμονεῖν καὶ μηκέτι ὄντα οὐκ ἂν ποῖν, ἐπεὶ πρὸς καὶ τῶν γινόμενων μὲν, μηκέτι ὄντων, δὲ δαιμονεῖν αὐτὴν ποιησάμεθα, οἷον τῶν πελοπηκῶν δὲ δαιμονίαν δὲ μηκέτι ἔσσαν παρῆναι λέγειν τῆς παρασίας πλείονα, ἂν ποῖν τὸ μὲν γὰρ δὲ δαιμονεῖν, συμβεβηκέναι αἰετοῖ. ὁ δὲ χρόνος ὁ πλείων πρὸς τὸν παρόντα, τὸ μηκέτι εἶναι. ὅλως δὲ τῷ χρόνῳ τὸ πλεον, σκέδασιν ἐκλεταὶ εἰς τινος ἐν τῷ παρόντι ὄντος. διὸ καὶ ἐκὼν αἰῶνος εἰκότως λέγεται, ἀφανίζειν βεβλήμενη ἐν τῷ σκιδναμένῳ αὐτῆς τὸ ἐκείνη μένον. ὅθεν καὶ διὰ τοῦ αἰῶνος ἀφελήται τὸ ἐν ἐκείνῳ μένον αἰεὶ, καὶ αὐτῆς ποιήσεται, ἀπώλεσεν αὐτὸ, σωθῆ.

ἡ σωζομένη τὸ σωζομένη τέως ἐκείνῳ χρόνῳ ἵνα δοτελό-
μενον ἢ ἐν αὐτῇ, εἰ πάντῃ. ἡ περὶ τοῦ δι-
δαιμονεῖν καὶ ζῶν ἀγαθόν, δηλονότι καὶ τὸν τοῦ
ὄντος αὐτὴν ζῆτον ζῶν. αὐτὴ γὰρ εἰρήνη καὶ ἀρε-
τή ἀριθμητέα χρόνῳ, ἀλλ' αἰῶνι τὰς ἡμέρας πλέον,
καὶ ἐλαττον, καὶ μήκει ἴσιν, ἀλλὰ τὸ τοῦτο, καὶ τὸ
ἀδιάστατον, καὶ τὸ χρόνικόν ἐστιν. ἡ σωαπείον τοῖ
νυν τὸν τῶν μὴ ὄντων, καὶ τῶν αἰῶνι τὸν χρόνον,
καὶ τὸ χρόνικόν δὲ αἰετῶν αἰῶνι, καὶ παρεκτα-
τέον ἀδιδέσμετον, ἀλλὰ πάν ὅλον ληπείον, εἰ ποτε
λαμβάνοις λαμβάνων, καὶ χρόνον τὸ ἀδιαίρε-
τον, ἀλλὰ ἡ αἰῶνος τὸ ζῶν, καὶ ἐκ πολλῶν χρό-
νων, ἀλλὰ πᾶν ἐκ παντός χρόνον πᾶσαν ὁμῶς.

Εἰ δὲ τις λέγοι τὴν μνήμην τῶν παρελη-
λυθότων ἐν τῷ ἐνεστηκότῳ μένῃ παρῆχον τὸ
πλέον τῷ πλέονι χρόνον ἐν τῷ διδαιμονεῖν
γενημένῳ, τί αὐτῆς μνήμης λέγοι; ἢ γὰρ φρο-
νήσεως μνήμη τῆς παρόντος γενημένης, ὥστε
φρονημώτερον αὐτῇ λέγοι, καὶ οὐκ αὐτῇ τῇ
παρόντι. ἢ τῆς ἡδονῆς τὴν μνήμην, ὥστε
πολλῆς περὶ χαρῆς δεσμεύει τοῦ διδαιμονεῖν,
καὶ οὐκ ἀρκουμένη τῇ παρῆσιν καὶ τῇ, τί αὐτῇ
ἡ μνήμη τοῦ ἡδῶς ἔχει; ὥστε αὐτῇ, εἰ μνη-
μονόοι τις ὅτι ἔχθρες ὅτι ὅψω ἡδῶ. ἢ εἰς
δέκατον ἔτος, ἐπὶ αὐτῇ γελοιότης. τὸ δὲ τῆς
φρονήσεως, ὅτι πέρυσιν ἐφρόνου.

Εἰ γὰρ τῶν καλῶν εἴη ἡ μνήμη, πῶς οὐκ ἐν-
ταῦθα λέγοιτο αὐτῇ; ἀλλὰ αὐτῶν ἐστὶ τῶν
τοῦ ἐλλείποντος τοῖς καλοῖς ἐν τῷ παρόντι, καὶ τῶν
μὴ ἔχειν νυν, ζητούμενος τὴν μνήμην τῶν γε-
νημένων.

Αλλ' ὁ πολὺς χρόνος πολλὰς ποιεῖ καλὰς
πράξεις, ὧν αἰμοῖς ὁ πρὸς ὀλίγον διδαι-
μων, εἰ δὲ λέγειν, ὅλας διδαιμονας, τὸν ἐπὶ διὰ
πολλῶν τῶν καλῶν. ἢ ὅς ἐκ πολλῶν, τὸ διδαι-
μονεῖν, καὶ χρόνων καὶ πράξεων λέγει, ἐκ τῶν
μηκέτι ὄντων, ἀλλ' ἐκ τῶν παρεληλυθότων. καὶ
ἐνός ἴναι τοῦ παρόντος, τὸ διδαιμονεῖν συνί-
στησιν. διὸ κατὰ τὸ παρὸν ἐξέμετα τὸ διδαιμο-
νεῖν. εἴτα ἐζητοῦμεν, εἰ μᾶλλον τὸ ἐν πλείονι,
διδαιμονησά μᾶλλον ἐστὶ. ἔτι δὲ ζητήσαντες, εἰ
πράξεις πᾶς πλείοσι πλεονεκτεῖν τὸ ἐν πολ-
λῷ χρόνῳ διδαιμονεῖν. πρῶτον μὲν οὐδ' ἐστὶ, καὶ
μὴ ἐν πράξεσι γινόμενον διδαιμονεῖν, καὶ οὐκ
ἐλαττον, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ πεπραγότος. ἐπει-
τα αἱ πράξεις οὐκ ἐξ αὐτῶν τὸ διδιδόασιν,
ἀλλ' αἱ ἀφ' ἑστέρας, καὶ τὰς πράξεις καλὰς ποιεῖ-
σι. καρπὸν τῆς φρόνης τὸ ἀγαθόν καὶ
πράξιον, καὶ ὅτι πράξις, οὐδ' ἐκ τῶν συμβαι-
νόντων, ἀλλ' ἐξ ἑστέρας. ἐπὶ καὶ ἡ σωτηρία τῆς
πατρίδος γινώσκω αὐτῇ καὶ τῷ φάουλῳ, καὶ τὸ
ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πατρίδος ἡδὺ, καὶ ἄλλα
πράξαντες γινώσκω αὐτῇ. καὶ πίνω πῦτό ἐστι
τὸ ποιεῖν τὴν τοῦ διδαιμονεῖν ἡδονήν, ἀλλ'

A saluum, quatenus quodammodo in æternita-
te seruatur: euanescent verò, si totum fiat in
tempore. Si ergo felicitas in vita bona consi-
stet: certè vita ipsa bona, in vita existentis siue
entis ipsius est collocanda. hæc enim optima
est. non ergo tempore numeranda est, sed æter-
nitate censenda. Id verò neque plus est, neque
minus: neque longitudine quadam constat,
sed in eo quod & hoc ipsum, & indistans, & præ-
ter tempus existit. Quamobrem neque existēs
non existenti in vnum decet coniungere, neque
æternitati tempus, neque quod in tempore sem-
piternum æternitati, neque quod indistans in
diuersa protendere. imò id omne si quando ac-
ceperis, totum accipiendum. Quando inquā
acceperis non indiuiduum quiddam tempō-
ris proprium, sed æternitatis vitam, non ex tē-
poribus multis coaceruatam, sed ab vniuerso
seculo simul totam.

C S I Q V I S autem dixerit, præteritorū *Questio 8.*
memoriam in præsentī manētem aliquid plus
afferre ei viro, qui plus temporis in beatitudi-
ne vixit: interrogandus erit, quidnam de me-
moriam ipsa significet? Vel enim sapientiæ me-
moriam iam præteritæ hic significatur: quapro-
pter sapientē hunc appellaret, neque ser-
uaret propositum? Vel memoria voluptatis,
perinde ac si oblectationibus multis beatus
indigeat, neque præsentī gaudio sit contentus.
D Præterea quidnam iocunditatis affert volupta-
tis actæ memoria? ceu si quis se obsonium heri
cum voluptate gustasse meminerit: ac si ante
decennium, magis adhuc deridendus erit. simi-
liter quoque si anno præterito sapientiam se
habuisse meminerit.

S I N autem bonorum honestorumve sit *Questio 9.*
recordatio, cur non aliquid conferat? At istud
hominis est, bonis, honestisve in præsentē ca-
rētis: atque propterea quod nūc minime habeat,
querentis eorum, quæ præteriere memoriā.

E A T enim longum tempus multis præcla-
risque actionibus præbet occasionem: qua qui-
dem priuatus erit, qui felix breui tempore vi-
xerit. Ad hæc utique dicendum est omnino fe-
licem non ob præclaras actiones, atque multas: *Questio 10.*
Alioquin quisquis felicitatem ex multis
tam temporibus, quàm actionibus dicat accu-
mulandam, ex his quæ non amplius sunt, sed
ex transactis, atque vno quodam præsentē fe-
licitatem coaceruabit. Quamobrem in præsen-
ti quodam beatitudinem collocauimus. Deinde
quæsiuimus, num id quod magis dicitur, in
quodam pluri consistat: atque ita maior quo-
que contingat felicitas? Hoc ergo querendū:
nuncquid temporis multi felicitas in eo dunta-
taxat excellat, quod actionibus multis abundet?
Primò quidem fieri potest, ut qui actionibus
nullis incumbit, sit beatus, neque minus qui-
dem, imò verò magis eo, qui actionibus fuerit
occupatus: deinde actiones non ex seipsis bo-
num afferunt, sed affectiones ipsæ actiones ef-
ficiunt bonas. Iam verò sapiens bono potitur
etiam agens, non quia videlicet agat, neque ex
his quæ accidunt, sed ex eo quod possidet. Quā-
doquidem & salus patriæ potest vel à prauo a-
liquo prouenire. Ipsa quinetiā in patria seruā-

da iocunditas etiam aliud agēte percipi potest. Itaque non hoc est quod felix efficit voluptatem: imò

verò habitus ipse, & voluptatē eiusmodi parit, A
& præstat felicitatē. Ac si quid contingit iucundum, per se ipsam facit eiusmodi. In actionibus autem externis felicitatem ponere, nihil aliud est quàm in his quæ extra virtutē sunt, & extra animam collocare. Ipsa enim propria animi actio consistit in sapientia: adeò vt in se ipso sic agat: idque est feliciter agere.

ἡ ἕξις ἐστὶν ὁ δαμονίαν καὶ ἃ πῆδον δὲ αὐτῶν ποιεῖ. τὸ δὲ ἐν ταῖς πράξεσι τὸ δαμονεῖν τίθεται, ἐν ταῖς ἐξω τῆς δεξιῆς καὶ τῆς ψυχῆς ἐστὶν ἡ δὲ ἐνέργεια τῆς ψυχῆς ἐν τῷ φρονήσει, καὶ ἐν αὐτῇ ὡδὲ ἐνεργήσῃ. καὶ πῦρ τὸ δαμονίως.

MARSILII FICINI IN LIBR. DE PULCHRITVDINE, ARGVMENTVM.

A prima essentia, vita, mente emanant influxus per omnia, tanquam radij, voces, verba per sex gradus.



NFLVXVS quidam ab ipso ente per omnia passim entia manant: sed qua ratione in ipso essentia est, præcipue per modum solaris radij profluunt: qua verò illic est vita, per modum soni & vocis erumpunt: qua denique ibidem est intellectus, in modum significantis verbi feruntur: & qua velut radij quidam sunt, visum mouere videntur: qua vel voces, aut soni, pulsare aures: qua tanquam verba, potissimum animos prouocare. Vbiq; verò tanquam pulchra quædā, siue pulchritudines aliquæ nobis occurrunt: nam ab ipsa pulchritudinis ipsius forma proueniunt. Cum verò ipsam pulchritudinem nominamus, per modū quidē formæ, id est tanquā formale pulchritudinē ipsum ens propriè intelligi volumus: sed per modū causæ, id est, tanquam pulchritudinis ipsius causam, bonū ipsum volumus cogitari. Bonum namque lucem ipsam siue fontem pulchritudinis emicantis, & inde fluentis esse putamus. Pulchritudinem verò splendorem ab ipsa boni luce manantē, id est, ipsum ens ab vno ipso bonoque dependens. Ab ipso rursus ente, sicut dicebā, influxus per omnia velut radij, voces, verba, proficisci non dubitamus. Influxus eiusmodi primò quidem sunt in ipsa diuinæ mentis idea: secundo in qualibet inde mente suscipiuntur: per vniuersalem verò prouidentiam in ipsa mundanæ animæ mente: tertio in eiusdem animæ ratione: quarto in eius imaginatione præcipua: quinto in imaginatione sequente: sexto in vegetali virtute, quæ & vniuersalis natura vocatur. Hactenus idealem quandam in se retinent rationem. Hactenus enim viui sunt & efficaces & fecundi, atque sempiterni. Sunt enim in hoc ultimo diuinorum gradu seminariæ rerum omnium rationes: quibus ipse rerum species propagantur. Cum enim prima vita, primæque omnium formalis ratio in ipsa prima essentia sit essentiæ vniuscuiusque principium, in quo principio & ratio & vita erat: meritò quatenus influxus inde manantes vitam simul rationemque formalem in se puram & integram efficacemq; conseruant, eatesque essentialia, ideales, diuini cognominantur. Tantum verò munus etiam in natura, id est, vegetali animæ virtute cōseruant: ideo in hoc sexto die opera Dei propria sinem accipiunt: subinde verò influxus illi materiam subiectam animæ pulsant. Sed cum neque vltra progredi valeant, neque in ea insuper velut proxima nibilo, ipsam veræ essentia vitæq; retinere naturam, ex formis in imagines iam euadunt. Imagines, inquam, versimiles verarum diuinitatum formarum. Quæ quidem sub genitili animæ ipsius natura in materiam prorsus agente, resultant ab ipsa materia patiente, & tanquam à speculo per modum radij repercussæ, & tanquam à fornice reflexæ per modum vocis, & tanquam à planiori aliquo pariete per modum verbi redditæ, velut Echo. Huic autem infimo gradui formalis effluxus Luna fauere videtur, generationis vltimæ domina: rationibus autem seminariis in natura vigentibus fouens tibusque materiam, Venus: eisdem verò in imaginatione inferiori properantibus ad motum, Mars: eisdem rursus in imaginatione regnantibus, Sol: sed in ratione vigentibus, Mercurius: at in mēte animæ dominātibus, Iuppiter: in mente denique diuina quiescentibus, Saturnus. In quo quidem septimo gradu tanquam Saturni die mundi opifex conquiscescit, id est, ipsa idea sibi penitus intima. Non enim hanc ad alia quæ inde fiunt, sed alia ad hanc refert velut exemplar.

Ipsa pulchritudo formalis est ipsa mens: cuius illecebris admiscetur admiratio, vis, diffusio, voluptas.

Exemplar hoc quoniam omniformis formarum omnium ratio est, ideo forma, speciesque prima & vniuersa censetur. Et iccirco prima est pulchritudo formalis: vnde & pulchritudinem vbique tum formam, tum speciem appellare solemus, pulchrosque formosos: cuius oppositum deformitatem dicimus & deforme. Ex quo patet materiam naturam suam prorsus informem, meritò deformitatem ipsam esse censendam. Sed de hac aliās. Ipsa verò pulchritudo formalis oritur quidem cum essentia prima: adolescit autem dum essentia prodit in vitam: adulta denique iudicatur, vbi vita completur in mentem, nam per ipsum mentis actum essentialis vitæ perfectè formatur, ac forma omniformis euadit. Quamobrem in ipso rerum ordine ibi plurimum pulchritudinis est, vbi plurimum est & mentis: siue natura quædā mentis adsit, siue artificium eius proprium, siue vestigium, aut indicium. Atque id omne illic vehementius mouet, vbi viuacius nobis occurrit. Vera enim pulchritudinis ipsius forma est ipsa vita per actum mentis penitus absoluta. Proprium verò pulchritudinis, est allicere simul & rapere. Vnde Græcè Calon, quasi prouocans appellatur. Et quoniā pulchritudo intellectuale munus exilit, ideo solos allicit cognoscentes: cognoscentes, inquam, siue intellectu ali qua ratione, siue visu, siue auditu ministris plurimum rationis. Miscetur autem illecebris pulchritudinis admiratio, & vis